Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars III.
Wien, 1802 Seite 2063
Quelle:
Copyright:

II. *fol.* 50. absque Titulo sequitur *Hymnarium* per annum initio ducto ab Hymno: *Ueni redemptor gentium, ostende partum virginis* &c. qui, ut ait Commentator, qui eum per partes exponit, *canitur in aduentu domini in vesperis vsque ad natiuitatem christi.* Singulae porro partes bohemice κατα λεξιν exponuntur ita: *Veni* przyd *redemptor* wykupytely *gentium* lydy *ostende* vkaz *partum* plod *virginis* dyewky *miretur* dywsie *omne seculum* wesſken swyet *talis partus* porod *decet* sluſlye *deum* boha &c.

III. *fol.* 143. p. 2. *Notabilia bona de Biblia.* Videlicet Loca excerpta praecipue e *Pentateucho*, in quibus etiam difficilioribus vocibus Significata bohemica adduntur, v. g. inanis *nerodna*, erumpnas *bolesty*, nongenti *dewyetset*, quinquaginta *padesat*, foedus *mocz* &c. Extrema horum *Notabilium* evulsis foliis perierunt unacum initio Congeriei quorundam Effatorum philosophicorum, unde adhuc Sententiae *Ptolemaei*, *Senecae*, *Certilai* (Critolai) *Socratis* superſunt.

IV. *fol.* 168. *Sermones III. De sancto Cristoforo* fabulosus. *De purificatione. De sancto petro et paulo* abruptus.

DCCCXXXVII.

R. 2123 Codex membraneus germ. Sec. XIV. Pagg. 222. f. min. eleganter exaratus, minio distinctus, et quondam *Conventus Vienn. Carmelitarum Discalceatorum* continet Epistolas et Evangelia per annum in Officio sacro legi solita in Germanicum versa hoc Rubro: *Hie heben sich an die Epistel vnd die ewangilg durch das iar.* Initium ducitur ab Epistola Vigiliae Nativitatis. *Paulus am den heiligen abent zu weinachten.* Atque ea sit specimen. *Prueder paulus der knecht ihesu cristi ein appostel der gesundert ist zu gotes ewangelium. daz er vor gelobt het durch die propheten. an der heiligen schrifft. von seinen sun. der vns geporn ist. von dem samen dauicz. an der menschait. der vor geordent ist. gotes sun. an der tugent. nach dem geist. der helikait. von der auferstendung der toten. vnsers herren ihesu cristi durch den wir genomen haben die gnade. vnd der aposteln ampt. vnd sein gehorsam dem gelaub. vnder allen dingen seit ir geladen yn vnsers ihesu cristi namen.* Ita satis ordinate proceditur per Officia *de Tempore* usque ad *Dom. XXV. post. Pentec. pag.* 164. deinceps vero nulla Calendarii ratione habita sequuntur *Festa SS.* sic tamen, ut e potioribus pauca desiderentur. Indicem, qui turbationi huic medeatur, manus recentior adjecit.

DCCCXXXVIII.

Codex membraneus germ. Sec. XIV. Folior. 156. 4. min. eleganter perscriptus, rubricis distinctus, et olim Κτημα Parthenonis *Thalbacensis* Ord. S. *Francisci* ad *Bregentium* est *Evangeliarium* per anni circulum ita insignitum: R. 2036

Ditz